



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXXVI. Bischof Ludwig, General-Vicar des Bischofs Daniel von Verden,
ertheilt den Wohlthätern des Klosters zum heil. Geist in Salzwedel einen
Ablaß, am 19. October 1355.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

de prato nominato herenwisch cum omni vsu, fructu et omni iure, necnon trium solidorum ac quatuor denariorum et trium modiorum ordeï ac sex pullorum, quos dat Benekinus gudemans de area sua, quam inhabitat, et de alia area, que iacet prope hermannum poppe, et tribus iugeribus pratorum, habendam, tenendam perpetue et pacifice possidendam; Renuncciantes — — — Que quidem bona sepeditus Johannes hartwici suis laboribus et iustis pecuniis rite et racionabiliter comparauit. Pro quibus prepositus et prior, qui pro tempore fuerint, ac totus monasterii sancti spiritus conuentus supradicti quater quouis anno peragere debeant memoriam animarum prefati Johannis hartwici et Alheydis quondam vxoris sue et omnium progenitorum eorundem cum vigiliis et missis animarum perpetuam et sollempnem. In cuius rei euidenciam clariorem sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus Strennuis viris Frederico de lochen, Johanne de wantfleuen, Petro de Breydow, Nicolao de kokeritze, Nicolao valkonis, militibus, et Hinrik de Schulenborch cum pluribus aliis fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini Millefimo trecentesimo quinquagesimo quinto, feria quarta post dominicam Exurge quare.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwehel fol. 50.

LXXXVI. Bischof Ludwig, General-Vicar des Bischofs Daniel von Verden, erteilt den Wohlthättern des Klosters zum heil. Geist in Salzwehel einen Ablass, am 19. October 1355.

Frater ludowicus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus fogienfis, Reuerendi in cristo patris et domini, domini Danielis episcopi verdenfis in pontificalibus et casibus per ciuitatem et dyocelin verdenlem vicarius generalis, Religiosis viris preposito, priori Ceterisque fratribus monasterii sancti spiritus extra muros soltwedel Salutem in domino. Vt ecclesia vestra a cristifidelibus frequencius visitetur et in adminiculis temporalibus feruencius adiuuetur, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui predictam ecclesiam causa deuocionis visitauerint, missam uel sermonem ibidem audierint, Cimiterium circuierint dicendo oracionem dominicam cum aue maria, Sacramentum eukaristie seu extreme vnxiõnis, cum ad infirmum portatur, secuti fuerint, hora vesperinali, cum campana pulsatur, salutacionem angelicam flexis genibus septies deuote dixerint, uel ad fabricam, luminaria et ornamenta suarum elemosinarum manus porrexerint adiutrices, tociens quociens quadraginta dies indulgenciarum et vnam Carenam de iniunctis sibi penitencis — — relaxamus. Datum anno domini M^o. CCC quinquagesimo quinto, in craftino beati luce ewangeliste, nostro sub Sigillo.

Aus dem Copiarium des h. Geist-Klosters zu Salzwehel fol. 13.